LEONARDUS HUNTPICHLER

15. Jh. Seite 63r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31387
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



63

Vide 2a fo. ad tr. sig. #

tandum est vide circa finem

Ex quo communiter iuvenes
errant in proferendo
latinitatem pro nomina
mutualia. Id circo pona
documentum de declinatione nominum
mutualium. Primo notandum quod dupliciter
mutatur. Primo mutatur pro mutualia
nomina sine subtilis suis. Et tunc nomina
mutualia poni debent in neutro genere.
Ut sic unum duo tria et non sic unus
duo tres. Secundo mutatur pro nomina
mutualia cum additione substantivorum
et sic debent locari in eodem genere cum
suis substantivis ut unus rex duo
floreni una libra etc. Secundo no-
tandum quod cum queritur quantus est ille
numerus non debet responderi ille numerus
sunt duo vel decem et cetera. Sed
debet dici ille numerus est duo vel
illa summa est decem et cetera. Causa
est quia supplicium et appellatum debent conve-
nire in numero et persona et in recti-
tudine casuali. Nam autem appellatum rectum
a verbo substantivo non oportet conve-
nire in numero cum tali verbo unde bene
dicitur homo est sue partes multi-
tudo est plura entia. Sed hoc
primo est centum floreni. Tertio no-
tandum quod unus est nomen adiectivum
mobile per tria genera et per tres termina-
tiones generis masculini dicente alexandro
Que sunt mobilia etc. numeri singularis
tantum. Ex suo modo significandi

sed repugnat hic numerum plenum eo
quod significatione principali solum sig-
nificat per modum unius declinationis
secundum pronomen et declinatur sic
Nam hic unus etc. Duo nomen ad-
iectivum mobile per tria genera et duas
terminationes in plurali tantum ut etc.

Notandum quod a multis ponitur
hic divisio constructionis. Con-
structionum alia transitiva
alia intransitiva. De
qua divisione iam quasi omnes
altercantur quia que uni placet
vocari transitiva alteri placet eadem
intransitiva. Et cavillationes inuti-
les multiplicant qui et plus ne-
gligunt scolares volentes proficere
in grammatica quam informent. Ex quo dis-
cordant alter et alter opinantes
et docentes. Etiam ideo quia talis di-
visio nullam confert ad discendentibus
utilitatem quia omnia que docentur
in grammatica quo ad congrue pro-
ferendum vel scribendum mentis
conceptum possunt sufficienter fieri et eque
bene si numquam fieret mentio nec
unquam fuisset facta mentio de tran-
sitione et intransitione actuum
vel personarum. Igitur talis divisio
non est ponenda quia tenet per
philosophum primo phisicorum. Petitum est
enim fieri per plura quod eque bene potest

Divisio constructionis

Documentum de nominibus mutualibus

Reprobatio eorum qui ponunt constructionem transitivam et intransitivam actuum et personarum